



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Ivlivs Papa III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Inquisitoribus hereticæ prauitatis in cinitatibus, in quibus libri huiusmodi existunt, consignasse debent realiter, & cum effectu. Et nihilominus venerabili fratri Ioanni Petro episcopo Tusculan. Neapolitan. & dilectis filiis nostris Joanni sancti Clementis, de Burgos, ac Marcello Sanctæ Crucis in Hierusalem, Ceruino, & Francisco sanctæ Anastasie titularum Spondato, nuncupatis presbyteris Cardinalibus, Inquisitoribus generalibus per sedem Apostolicam deputatis, per Apostolica scripta pari motu mandamus, quatenus ipsi, per se, vel alium, seu alias, eosdem requisitos, & monitos, monitioni, & mandato nostris predictis non parentes, quos haeresim ac alias sententias, censuras, & penas predictas proper non paritionem huiusmodi incurrit contigerit, ex nunc prout extunc, & e contra, haereticos, ac sententias, censuis, & penas predictas irrexit tam diu publice nuntient, & faciant ab alijs nuntiari, donec ipsi omnes, & singulos liberos Lutheranos, aut alios haereticos huiusmodi Inquisitoribus prefatis in ciuitatibus in quibus libri huiusmodi, ut praesertim existut, consignauerint, & rehabilitationis gratiam obtinuerint, Contr. dictores per censuram ecclesiasticam applicatione postposita compescendo: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscumque: aut si aliquibus communiqueret, vel diuini, ab eadem sit sede indultum, & quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Ceterum ut præmisæ omnia ad eorum quorum interest notitiam deducantur, nullusque de eis ignorantiam infest pretendere, aut se legitime excusare possit: Volumus, & dicta auctoritate Apostolica decernimus, quod presentes literæ per aliquos Curia nostre Curores, in Basilica principis Apostolorum de Urbe, & Ecclesia Lateranensi, dum inibi multitudo populi ad diuinam audiendam congregati solent, palam, & clara voce legantur, & lecta in earundem Basilicæ, & Ecclesia valuis, necnon in porta Cancellaria Apostolica, & in Aci campi Floræ assignantur, vbi ad lectionem, & notitiam cunctorum aliquamdiu affixa pendeant: & cum inde amouebuntur, earum exempla in eisdem locis remaneant affixa. Quodque per lectionem, affixionem & publicationem huiusmodi omnes, & singula personæ sub presentibus comprehensa post sexaginta dies huiusmodi respectivæ ita sint obligatae, & astriete, ac si eis coram, & personaliter lecta, & intimata essent: & earum transumptis manu Notarii publici subcripos, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constituta munitis, ea propterea forsitan incurvis, in presentibus adhiberentur, si forent exhibita, vel ostenta. Volumus autem quod ijs, qui libros Lutheranos, seu alios predictos, infra spatum, & terminum huiusmodi dictis inquisitoribus consignauerint, nisi ipsi alij quam ex retentione librorum huiusmodi, haeretici seu de fide suspecti fuerint, eo ipso etiam absque aliqua defensione facienda abiuratione, à censuris, & penas propterea forsitan incurvis, in vitroque soro absoluti sint, & esse censentur, prius nos eos in euentum predictum, ex nunc prout extunc (dummodo penitentiam, quam confessori per eos eligendus, eis propterea duxerit iniungendam, omnino adimplent) absolvimus. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ revocationis, irritationis, annulationis, inhibitionis, requisitionis, monitionis, mandati, decreti, & voluntatis infringere, vel ei a usu temerario contrarie. Si quis autem hoc attetare presumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatiorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Dat. Romæ, apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominice, Millelmo quingentesimo quinquagesimo. Tercio Cal. Maij, Pontificatus nostri anno primo.

M. Cardinalis Crescentius.

A. de Martolis,

Anno à Nativitate Domini. M. D. L. Indictione viii. Die vero mense Junij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Iulij diuina prouidèria Papæ III. Anno eius primo, retroscriptæ litteræ reuocationis, inhibitionis, & voluntatis, palam, publice, alta, & intelligibili voce in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, dum ibidem diuina officia de mane celebrabantur, & magna populi multitudo congregata esset, de verbo ad verbum, per me Ioannem Roillard, prefati S. D. N. Papa Curorum lector, & deinde affixa, & publicata fuerunt, & sic affixa, per aliquod spatum dimisi, & successisse, eadē die in Ecclesia S. Ioannis Lateranensis etiam de verbo ad verbum, hora vesprorum, per me eundem Ioannem Roillard, lector, affixa, & publicata fuerunt, & postmodum eadem die affixa, & publicata fuerunt in Valuis, seu portis Cællaria Apostolice, et in Aci Capi Floræ, dimisis in superscriptis Valuis, & locis, per aliquod temporis spatum affixis, & deinde amotis, copiam earundem litterarum in quibuslibet Valuis, portis, & locis superscriptis affigendo & dimittendo, per nos Ioannem Roillard, Clericum conjugatum, Viridim diaconis, & Maturinum Menandi Clericum, Cenomanensis diœcesis, praefati Sanctissimi Domini nostri Papæ Curores.

Ita est Ioannes Roillard, Cursor subscripti.

Ita est Maturinus Menandi Cursor.

Ita est Petrus Gomes, Magister Cursor.

I V L I V S P A P A III.

Contra H̄breos retinetis libros, in quib. aliquid contra fidem catholicam notetur, vel scribatur, libri Hebreworū in quibus blasphemia in Dominū aut in Christianā religionē continentur, in eorum Synagogis et priuatis

A priuatis etiam domibus inquirantur: & qui repertifuerint tales habere libros, debiti pœnis coercentur: contumaces aut grauiter in hoc delinquentes procul a fide apostataentes castigentur in ceteris non molestentur H̄ebri: conradictores appellatione remota puniantur.

N I V E R S I S & singulis venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, & episcopis, ac dilectis filiis alijs locorum ordinarijs, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Do
mini 1554.

C V M sicut nuper non sine animi nostri molestia accepimus, licet alias venerabiles fratres nostri. S. R. E. Cardinales heretice prauitatis in vniuersa repub. Christiana Inquisidores generales certum Hebraicorum liborum volumen Ghemarot Thalmud nuncupatum, nonnulla indigna, & legem diuinam, orthodoxamque fidem offendencia continens,

Ex bibliotheca
Illusterrimi lu
iji Antonij San
ctorum Cardina
lis sanctæ Seue
ræ.

de mandato nostro damnauerint; & igne combuti fecerint: nihilominus inter ipsos Hebreos adhuc esse dicantur diuersi libri diuersas contra Christum redemptorem nostrum, cuiusque sanctissimum nomen, & honorem blasphemias, & ignominias continentis. Nos in præmissis oportune prouide re volentes, vobis & vestrum cuilibet per præsentes committimus, & mandamus, quatenus singulis vniuersitatibus Hebræorum infra limites iurisdictionis vestrae consistentibus ex parte nostra intime tis & notificetis, quod delapsis quatuor mensib, a die intimationis, & notificationis huiusmodi, omnes & singuli libri, in quibus nomen Iesu saluatoris nostri, quod Iesu hanozzi, dicitur, cum blasphemia, vt alias ignominiose nominatur, tam in eorum synagogis, & locis, publicis, quam priuatis domibus, & alias ubique locorum diligentissime exquirantur, & q. libros huiusmodi penes se quoqu modo habere reperti fuerint, debitis pœnis, tam pecuniarijs, & confiscationis bonorum, quam si eorum contumacia, aut qualitas delicti id exegerit, corporis etiam ultimi supplicij, ac alias prout a fide Christi apostataentes puniuntur, irremissibiliter puniuntur, & nihilominus eiusdem quatuor mensibus elapsis per vos, vel alium, seu alios, quos ad hoc duxeritis deputandos, libros huiusmodi cum omni diligentia inquiratis, & studiose investigatis: inquirite & inuestigari faciat, & eos, quos libros huiusmodi penes se habete repereritis, pœnis quibus apostataentes præfati puniuntur, omnino

& irremissibiliter puniatis: Non permittentes de cetero eosdem Hebreos (qui in memoriam possit Dominica a sancta matre ecclesia tolerantur, ut aliquando mansuetudine nostra allecti ad verum Christi lumen, diuino afflante spiritu, conuertantur) a quibusvis etiam Apostolica auctoritate fungentibus occasione cuiusvis fortis librorum apud eos existentium, (dummodo blasphemiam, vt præfetur non contineant) nisi de nostro expresso mandato, quomodolibet vexari aut molestari: Contradictores quoslibet & tybelles, ac uobis in præmissis non parentes per tententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias arbitrio vestro moderandas & applicandas, ac alia opportuna iutis remedias, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, tententias, centuras & pœnas prædictas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opes fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac ipsorum Hebræorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibusunque tenoribus & formis, ac cum quibus clausulis & decretis quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus, approbatis & inuocatis. Quibus omnibus, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanuis, hac vice dumtaxat, spe cialiter & expresse derogamus. Contrarijs quibusunque, aut si aliquibus communiter vel diuinitus ab eadem sit sede induitum, quod interdic, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad uerbum de induito huiusmodi mentione: Et quia difficile foret, præsentes litteras ad singula quæq; loca, in quibus de eis fides facienda erit, deferri; volumus & dicta auctoritate decernimus, quod transumptis præsentium manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius curiæ ecclesiasticae, seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, ea prorsus fides adhibeat, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibite vel ostense. Datum Roma apud sanctum Petrum sub annulo pectoralis die xxix. Maij. MDLIII. Pontificatus nostri anno quinto.

Claudius de Valle Sanctissimæ Romanæ vniuersitatis Inquisitionis Notarius.

B V L L A C O N T R A I M P E D I E N T E S

Inquisidores heretice prauitatis in suo Inquisitionis officio.

Nullæ omnino persona publicæ vel priuata, quovis ingenio, colore, vel occasione immisceant se negotiis inquisitionis, nisi quatenus per Inquisidores fuerint requisiti. leges omnes huic ordinationi & canonibus ecclesiasticis obseruentes abrogent: contrafacientes omni Ecclesia suffragio & sacramentorum perceptione sunt priuati, & excommunicati, nec nisi per Romanum Pontificem absoluantur præterquam in articulo mortis.